



17.

110.

REVENUES



PA6278

.A2

v.1

1823-25

LIBRARY

1111



1080018741



EX LIBRIS

HEMETHERII VALVERDE TELLEZ

Episcopi Leonensis

SCRIPTORES LATINI

PRINCIPES.

RECENSUIT ET EDIDIT

JOH. AUG. AMAR.

Nobiscum peregrinantur, rusticantur.

Cic. pro ARCH. c. VII, n. 17.

. XI.

M. TULL. CICERONIS

OPERA

EX RECENSIONE

JOSEPH. VICT. LE CLERC

EDIDIT J. A. AMAR

TOMUS PRIMUS.

RHETORICA I.

EXCUDEBAT J. DIDOT, NATU MAJOR.



Capilla Alfonsi

Biblioteca Universitaria

46422

PARISIIS.

APUD LEFEVRE BIBLIOPOLAM.

M DCCC XXIII.

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEON

Biblioteca Valverde y Tolosa

PAG 278

A2

v. I

1823-25



FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

INSTITUTO DE INVESTIGACIONES Y ESTADÍSTICAS

COLLEGAE ET AMICO
IOSEPHO VICTORI LE CLERC

EDITIONEM
EX IPSIVS RECENSIONE
FIDELITER EXPRESSAM

D. D. D.

AMICVS ET COLLEGA

KALEND. APRIL.

M. DCCCXXXIII.

010054

I.

a

M. T. CICERONIS

VITÆ

SYNOPSIS CHRONOLOGICA *.

A. U.		A. C. N.
647	III Non. Jan. nascitur MARCUS TULLIUS CICERO, M. F. M. N. Arpinas, e tribu Cornelia, Q. SERVILIO CÆPIONE et C. ATTILIO SERRANO COSS.	107
664	Aliquandiu sub Sulla militat, bello Marsico. Eo fere tempore ARATI <i>Phænomena</i> e Græco in Latinum convertit.	90
666	CN. OCTAV. L. CORN. CINNA COSS. Circa hoc tempus Cicero adulescens <i>Commentarios Rhetoricos de Inventione</i> , inchoatos et rudes edidit.	88
668	Philonem Larissæum et Molo-	86
669	nem Rhodium audit. <i>OEcono-</i>	85

* Ab Editore descripta.

A. U.		A. C. N.
	Siciliam cum L. Tullio, fratre patruale, peragrat diebus quinquaginta, litteras in <i>Verrem</i> , et testimonia collecturus.	
684	Q. HORTENSIO; Q. CÆCIL. METELLO CRETICO COSS. Hoc anno ædilis curulis creatur, et dicit <i>pro Man. Fonteio</i> .	70
687	M. ÆMIL. LEPIDO; L. VOLCAT. TULLO COSS. Præturam gerit. Orationem habet <i>pro lege Manilia</i> ; et <i>A. Cluentium Avitum</i> defendit.	67
688	L. AUREL. COTTA; L. MANL. TORQUATO COSS. Eo, ut videtur, anno Ciceroni filius nascitur.	66
690	M. TULL. CICERONE; C. ANTONIO COSS. Orationes tres in P. S. RULLUM, <i>de lege agraria</i> . — <i>Pro Rabirio</i> . — I et II in CATTILINAM. — <i>Pro Murena</i> . — III et IV in CATTILIN.	64
691	D. JUN. SILANO; L. LICIN. MURE-	63

A. U.		A. C. N.
	NA COSS. Oratio <i>pro P. Cornel. Sulla</i> . Forsan et hoc eodem anno, <i>Archie poete</i> causam egit et vicit, prætor Q. fratre, qui vere proximo in provinciam suam profectus est.	
694	C. JULIO CÆSARE, M. CALP. BIBULO, COSS. <i>L. Flaccum</i> defendit.	60
695	L. CALP. PISONE; A. GABINIO COSS. urbe Roma cedit Cicero, lege Clodii pulsus, extremo, ut videtur, mense Martio hujus anni.	59
696	P. CORNEL. LENTUL. SPINTHERE; Q. CÆCIL. METELLO NEP. COSS. Ab exsilio revocatus Romam redit, Non. Septemb. et gratias agit <i>de reditu</i> , primum in <i>senatu</i> ; mox <i>apud Quirites</i> ; et subsequenti mense, perorat <i>pro domo sua, ad Pontifices</i> .	58
697	CN. CORNEL. LENTUL. MARCELLINO; L. MARCIO PHILIPPO COSS. Orationes habet <i>de Aruspicum</i>	57

A. U.		A. C. N.
	<i>responsis. — Pro P. Sextio. — In Vatinium. — Pro M. Caelio. — De Provinciis consularibus. — Pro Corn. Balbo.</i>	
698	CN. POMP. MAGNO II; M. LICIN. CRASSO II COSS. Invehitur in Pisonem. Scribit Dialogos de Oratore.	56
699	L. DOMIT. AHENOBARBO; AP. CLAUD. PULCHRO COSS. Instituit scribere πολιτικά, seu de optimo statu civitatis, et optimo cive. <i>Cn. Plancium contra Laterensem defendit; et sub finem ejusdem anni, Rabirium Postumum.</i>	55
700	CN. DOMIT. CALVINO; M. VALERIO MESSALLA COSS. In locum P. Crassi, M. F., Augur Cicero creatur.	54
701	CN. POMP. MAGNO III COS. sine collega. Oratio pro T. Ann. Milone. Scribit de Legibus. Fingitur quoque hoc anno habi-	53

A. U.		A. C. N.
	tus sermo de Finibus bonorum et malorum, quem postea libris quinque conscripsit.	
702	SERV. SULPIC. RUFO; M. CLAUD. MARCELLO COSS. Ciliciam, provinciam consularem, et Cyprum insulam proconsul obtinet, ubi imperator salutatur.	52
704	L. CLAUD. MARCELLO; L. CORNEL. LENTULO COSS. Post biennium fere imperii proconsularis, ad urbem accedit, ubi sic est ei proditum obviam, ut nihil, ipso teste, fuerit honoratius. Bello civili incepto, ad Pompeium proficiscitur in Græciæ.	50
705	C. JUL. CESARE II; P. SERVIL. VATTIA ISAURIC. COSS. Morbo detentus Cicero Pharsaliæ pugnae non interest. Redit in Italiam, nominatim ab Antonio ex eorum numero exceptus, qui, jussu Cæsaris, Italia prohibebantur.	49

A. U.
706

C. JUL. CÆSARE DICTATOR. II: M. ANTONIO MAG. EQUIT. Obviam procedit Cæsari, in Italiam redeunti, et honorifice ab illo excipitur. Deinde Romam venit, et redit cum libris in gratiam. Sub finem hujus anni, aut proximo ineunte, scribit *de claris Oratoribus*.

A. C. N.
48

707

C. JUL. CÆS. III; M. ÆMIL. LEPID. COSS. In laudem Catonis scribit Cicero; quod adeo non ægre tulit Cæsar, ut in *Anticato*ne Tullii orationem et vitam æque simul collaudarit. Gratias agit Cæsari pro reddito *Marcello*; *Q. Ligarii* patrocini-um deinde suscipit. *Orator*em absolvit, mittitque ad Brutum. Refert quoque ad hunc annum *Corradus Dialogum de Partitione oratoria*.

47

708

C. JUL. CÆS. DICTAT. III; M. ÆMIL. LEPID. MAG. EQ. Eodem anno, C. JUL. CÆS. COS. sine collega. Tullia filia apud Lentulum pa-

46

A. U.

riens decedit. Totum se ad philosophiam refert Cicero, et *Hortensium* (qui liber fere totus perit) scribit, in philosophiæ laudem: scribit et *Academicas Quæst.* Dejotarum regem, hospes hospitem, apud Cæsarem defendit.

A. C. N.

709

C. JUL. CÆS. V. M. ANTON. COSS. Libros quinque *de Finibus*, et totidem *Tusculan. Quæstion.* emittit. — Idibus Mart. Cæsar in senatu, tribus et xx plagis confoditur, alieno prorsus a conjuratione Tullio. Aprili ineunte, rus proficiscitur; quæ rusticatio nobis libros dedit *de Natura Deorum*, *de Divinatione*; et, ut quidam putant, *Dialogos de Senectute et de Amicitia. De Fato* enim et *de Officiis* videtur ante Cæsaris necem scripsisse; sed post edidisse. *Topica* mittit ad Trebatium. *Orationum primam*, quæ dicuntur *Philippice*, habet in senatu, Kal. Septemb. *tertiam*,

45

A. U.

et quartam, III. Id. Decemb. ejusdem anni. Edita tantum *secunda*, initio anni sequentis.

A. C. N.

710

C. VIB. PANSA; A. HIRTIO COSS. Kalend. Januar. *Philippicam quintam* habet in senatu: *sex-tam*, in concione populi, prid. Non. hujus mensis: *nonam* in senatu, quum de ornando Servio Sulpicio ageretur. Sic et quæ sequuntur, ad *decimam quartam*, quæ omnium ultima, x Kalend. Maii habita est. Deinde Cicero, spe dejectus quam de Octavio, Cæsaris herede, præceperat, urbe cedit, sub adventum Triumvirorum; ac primo quidem in Tusculanum fugit, moxque in Formianum, ut ab Caieta navim conscensurus proficisceretur. Dubitantem, et incertum adhuc quid ageret, occupant et occidunt immisi a Triumviris percussores, VII Id. Decemb. annos natum LXIII, menses XI, dies v. Caput autem et manus

44

A. U.

pro rostris poni jussit Antonius: *Ἰεῖμα Ῥωμαίους φρίκτον* (inquit Plut. in *Cicer.* LXV), οὐ τὸ Κικέρωνος ὄραν πρόσωπον οἰσμένοισι, ἀλλὰ τῆς Ἀντωνίου ψυχῆς εἰκόνα.

A. C. N.

— Admonent ipsa, quæ e Plutarcho adducimus, verba, ut Velleium, in eundem Antonium de nece Ciceronis invehentem, audiamus. Libens igitur locum hunc celeberrimum, nec, ut spero, lectoris ingratum, hic transcribendum censui.

DIRÆ IN ANTONIUM.

« Nihil tam indignum illo tempore fuit, quam quod aut Cæsar aliquem proscribere coactus est, aut ab ullo Cicero proscriptus est; abscisque scelere Antonii vox publica est, quum ejus salutem nemo defendisset, qui per tot annos et publicam civitatis, et privatam civium defenderat. Nihil tamen egisti, M. Antoni (cogit enim excedere propositi formam operis, erumpens animo ac pectore indignatio); nihil, inquam, egisti, mercedem cœlestissimi oris et clarissimi capitis abscesi numerando, auctoramentoque funebri ad conservatoris quondam reipublicæ, tantique Cos. invitando necem. Rapuisti tu M. Ciceroni lucem sollicitam, et ætatem senilem, et vitam miseriozem te principe, quam sub te triumviro mortem: famam vero gloriamque factorum atque dictorum adeo non abstulisti, ut auxeris. Vixit, vivetque per omnem seculorum memoriam; dumque hoc vel forte, vel providentia, vel utcunque constitutum rerum naturæ corpus, quod ille pæne solus Romanorum

animo vidit, ingenio complexus est, eloquentia illuminavit, manebit incolume, comitem ævi sui laudem Ciceronis trahet; omnisque posteritas illius in te scripta mirabitur, tuum in eum factum execerabitur; citiusque in mundo genus hominum, quam *hujus nomen cadet*.* » VELL. PATERC. II, 66.

* Conjectura Rhenani, sic deficienti scripturæ adesse conantis. — Vid. quoque Plin. H. N. VII, 30.

RHETORICORUM

AD C. HERENNIUM

LIBRI QUATUOR*.

* Hos libros critici plerique Ciceroni dudum abjudicaverant : quis autem eorum auctor vere dicendus, posteris inquirendum reliquerunt. Tullio quidem, sed juniori, et quæ mox didicerat, animo repetenti, restituendos probabiliter satis demonstrat J. V. LE CLERC, in *Prolegomenis* ad ipsum hoc opus, p. xj. sqq.